

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Codex Tietmari II, Nummer 6

Pateat noticiae cunctorum Christi fidelium, qualiter quidam clericus ex familia sancti Rvodberti Gerunc dictus quoddam concambium fecit cum Tietmaro archiepiscopo, familia sancti Rvodberti hoc conlaudante. Tradidit quidem idem clericus septuaginta duo iugera in loco Stetinun dicto sita in manus archiepiscopi et advocati sui Waltherii ad sanctam Iuuauensem sedem perenniter in proprietatem possidere. Econtra vero archiepiscopus cum praescripti advocati manu tradidit eidem clerico in loco Rorhpah dicto equali mensura tantundem sibi perpetualiter in proprium. Et inde testes isti utrimque per aures adtracti sunt: Ratolt, Orendil, Grîm, Wezil, Hartuuc.